Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



95

pcunt nec requirunt; Ubi hic libidinis
culpa? ubi incestu crimen arguitur? quo
modo dabitur uitio quod non iteratur in
facto? Si loth quasi incestus in hoc facto
culpandus ē. annon? culpandus ē. quidē
in hoc facto loth, quantū ebriētatis igno
rantia meruit? Nam & hanc lex aeterna
condemnat, quae cibum & potum nonnisi
ad salutem corporis sumere mandat;
Et hic diligentius intendendum est, quan
tum sit ebriētatis malum, & ualde timen
dum illis, quibus hoc malum in usu est,
non in crimine; ebriētas decipit, quē sodo
ma non decipit. Uritur ille flammis
mulierum, quem sulphurea flamma non
ussit. Erat ergo loth aste, non uoluntā
te deceptus. Ideo medius quidem inter
peccatores & iustos. quippe qui ex abra
hae quidem cognatione descenderat
in sodomis tantum habitauerit. Nā &
hoc qd euadit & sodomis sicut scriptura
indicat. magis ad honorem abrahae
quam ad meritum pertinet loth; Fingit itaq;